# Band II., Nr. 434, Seite 224-226

*Papst Lucius III. nimmt das Kloster Rot mit genannten Besitzungen in seinen unmittelbaren Schutz und verleiht demselben verschiedene weitere ausgedrückte Begünstigungen.*

## Velletri, 1182. November 22.

Lucius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis, Otenoni abbati ecclesie sancte Marie Rothensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Quotiens a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et felicis recordationis Innocentii pape, predecessoris nostri, vestigiis inherentes prefatam ecclesiam sancte Marie Rothensis, ab bone memorie nobili viro Cunone et Emma, genitrice eius, in proprio allodio fundatam et per Henricum militem et consanguineum suum pro animarum suarum remedio sub pensione unius Bizantii annualiter persolvendo beato Petro oblatam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam atque institutionem Premonstratensium factam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus suis pertinentiis. Ecclesiam de Berchhaim cum hominibus, dote, allodio et prediis in eadem villa et aliis pertinentiis suis. Ecclesiam Scopheloch cum hominibus, dote, allodio in eadem villa et aliis pertinentiis suis. Ecclesiam Nattenbuch cum allodio in eadem villa et aliis pertinentiis suis. Allodium Tennishaim et predia in villis videlicet Hŏggenberch, Welthstetin[a], Grabanostetin. Ecclesiam Stainbach cum hominibus, dote, prediis in eadem villa et aliis pertinentiis suis. Predia in villis videlicet Ŏfhouen[1], Cersteres-

[a]Die ursprüngliche Schrift scheint bei *Welthstetin* ein *V* statt eines *W* gehabt zu haben.

[1]Unbestimmt, Aufhofen, Schemmerhofen, BC, scheint zu weit entfernt.

houen[b][2], Mazhenhouen[3]; in Mammingen, Harde, Hovfen[4], Oye, Crawinchele, Mampen[5], Maizzelestain[6] et Stiuenhouen. Ecclesiam Ruthine[7] cum proprio allodio et vinea ibidem plantata. In villa Curiensi que dicitur Amedes[8] predium unum, in villa Wilperch predium unum. Ecclesiam Mowillare[9] cum allodio in eadem villa et aliis pertinentiis suis. In villa que dicitur superior Mowillare[10] predium unum, Welemanneswillare[11], lussunwillare, Werenprechthes. In Wangen inferiori mansum unum, Dipoldeshouen, Richenhouen, Puwenhouen, Steininthal, Sumerspach, Mittilinrith. Haselaha[12] allodium, Murwanch allodium, Habechegge, Chůnrateswillare, Chunen[13], Wilandes[14]. Spinelwach allodium, Flornen[15], Cella[16], Pennenrothe, Eichiberch, Bonlanden, Bacheim[17], Haldun. Egilse, Obuingen[18], Rothemun, [19], Walthunwillare[20], Eppenberch[21], Bertrammeswillare[22]. Haselaha[23], Meinzinwillare, Vrsendorf, Guncichhouen, Luphaim, Hundersingen, Huwinperch[c][24]. Hittinishaim, Dalmazzingen, Schaf-

[b]Die ursprüngliche Schrift scheint *Ceistereshouen* statt *Cerstereshouen* gehabt zu haben.

[c]Im Original steht *Huwinperch* nebst einem Abkürzungsstrich für *er* durch das *p*. Dieser könnte aber aus einem Missverständnis durch die Auffrischung der Schrift herrühren.

[2]Wahrscheinlich Zaisertshofen, nicht Zaisenhofen.

[3]Eher Matzenhofen, Unterroth, NU, als Matzenhofen, Berg, RV.

[4]Eher einer der zu Oyhof gehörenden Höfe, als Oberhausen, Aitrach, RV.

[5]Vielleicht Manzen.

[6]Untermaiselstein.

[7]Vermutlich Riedheim, Markdorf, FN.

[8]Ems, heute Domat/Ems, Kt. Graubünden, Schweiz.

[9]Untermooweiler.

[10]Obermooweiler.

[11]Vielleicht Wellmutsweiler.

[12]Haslach, Rot an der Rot, BC.

[13]Kunenberg.

[14]Wielandes, heutzutage Verenahof.

[15]Ober- und Unterfloders.

[16]Zell an der Rot, Rot an der Rot, BC (früher Unterzell) und Oberzell, Rot an der Rot, BC, A.

[17]Edenbachen, nicht Illerbachen.

[18]Ober- und Unteropfingen.

[19]Unermittelt.

[20]Vielleicht Waltenweiler, Friedrichshafen, FN.

[21]Vermutlich entweder Eppen, Rot an der Rot, BC, W oder Mettenberg, Rot an der Rot, BC

[22]Unermittelt.

[23]Eines der beiden Haslach im Oberamt Wangen, entweder Haslach, Wangen im Allgäu, RV oder Haslach, Argenbühl, RV, falls nicht die beiden Einödhöfe bei Haslach, Rot an der Rot, BC gemeint sind.

[24]Humberg.

husen[25], Berga et Haselaha[26]. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem liceat sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat [recipere][d]. Ut autem omnipotenti deo servire quietius valeatis, eundem locum ab omni potestate seu dominio advocati vel cuiuslibet laicalis persone liberum esse decernimus. Sepulturam quoque illius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. Salva tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quorumlibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate et in predictis ecclesiis diocesani episcopi canonica iustitia. Ad indicium autem quod eadem ecclesia beati Petri iuris existat, Bizantium unum singulis annis nobis nostrisque successoribus persolvetis. Si qua ergo in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.<br> <br> *(Rundzeichen.)*[e] Ego Lucius, catholice

[d]Im Original ausgekratzt und nicht wieder nachgeschrieben.
[e]Mit dem Wahlspruch *adiuua nos deus salutaris noster.*

[25]Großschafhausen.
[26]Das andere der beiden Haslach im Oberamt Wangen, entweder Haslach, Wangen im Allgäu, RV oder Haslach, Argenbühl, RV, falls nicht die beiden Einödhöfe bei Haslach, Rot an der Rot, BC gemeint sind.

ecclesie episcopus, subscripsi. *(Monogramm für* Bene valete.)<br> <br> + Ego Theodinus, Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus, subscripsi. + Ego Heinricus, Albanensis episcopus, subscripsi.<br> <br> + Ego Viuianus, tituli sancti Stephani in Celio monte presbyter cardinalis, subscripsi. + Ego Ardicio, presbyter cardinalis tituli sancte Crucis in Ierusalem, subscripsi. + Ego Laborans, presbyter cardinalis sancte Marie trans Tiberim tituli Calixti, subscripsi.<br> <br> + Ego Rainerius, sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis, subscripsi. + Ego Gracianus, sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, subscripsi.<br> <br> Datum Vellitris per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbyteri[f] cardinalis et cancellarii, X. kalendas Decembris, indictione prima, incarnationis dominice anno MCLXXXII. pontificatus vero domni Lucii pape III. anno secundo.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Die Schrift der Urkunde, welche durchgängig sehr abgebleicht gewesen zu sein scheint und an vielen Stellen durch Schmutzflecken notgelitten hat, ist von einer späteren Feder sorgfältig wieder aufgefrischt. Hin und wieder ist ein Zug missverstanden oder ungenau beibehalten, doch lässt sich die ursprüngliche Form meist noch ziemlich deutlich erkennen.<br> <br> An rot-gelber Seidenschnur hängt die Bleibulle mit den gewöhnlichen Kopfbildern usw. auf der einen und LVCIVS. $\overline{PP}$. III. auf der anderen Seite.<br> <br> Mehrere Abschriften des 14. und 15. Jahrhunderts befinden sich ebenfalls im Hauptstaatsarchiv Stuttgart, vgl. Johann Friedrich Böhmer: Regesta Imperii Abt. 4: Lothar III. und ältere Staufer, 1125-1197, Bd. 1,1: Die Regesten des Kaiserreichs unter Lothar III. 1125 (1075) - 1137, neubearb. Von Wolfgang Petke, Köln, Weimar und Wien 1994; Bd. 1,2: Die Regesten des Ka, Bd. 4,4,1.

[f] Das *i* ist nicht mit aufgefrischt, lässt sich aber noch erkennen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 486 U 772

**Editionen:**

Bündner Urkundenbuch, Bd. 1, S. 311, Nr. 421 (Teildruck).

**Regesten:**

Adolf Helbok: Regesten von Vorarlberg und Liechtenstein bis zum Jahre 1260, mit Unterstützung der Akademie der Wissenschaften in Wien bearb. und mit einem sprachwissenschaftlichen Excurse versehen von Robert von Planta, Bern und Stuttgart 1920 (Quellen zu, S. 235, Nr. 288a; Regesta Imperii Abt. 4, Bd. 4,1, Nr. 383 (mit Literatur). JL 14701. Albert Brackmann (Hrsg.): Germania pontificia, Bd. 1: Provincia Salisburgensis et episcopatus Tridentinus, Bd. 2,1: Provincia Maguntinensis: Dioeceses Eichstetensis, Augustensis, Constantiensis I, Band 2,2: Helvetia pontificia, Band 3: Provincia Maguntine, Bd. 2,1, S. 231, Nr. 3.

**Literatur:**

Bischoff: Urkundenformate, S. 142.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Velletri

**Ortsindex:**

Alba, Piemont, Italien<br> Bauhofen Wohnplatz (18906)<br> Bauhofen, Bad Wurzach, RV<br> Berg Wohnplatz (17502)<br> Berg, Rot an der Rot, BC<br> Berkheim Wohnplatz (17097)<br> Berkheim, BC<br> Bertrammeswillare<br> Binnrot Wohnplatz (17323)<br> Binnrot, Kirchdorf an der Iller, BC<br> Bonlanden Wohnplatz (17098)<br> Bonlanden, Berkheim, BC<br> Chur, Kt. Graubünden, Schweiz<br>

Dellmensingen Wohnplatz (16810)<br> Dellmensingen, Erbach, UL<br> Denzheim Wüstung (23888)<br> Denzheim, Laichingen, UL, W<br> Diepoldshofen Wohnplatz (19809)<br> Diepoldshofen, Leutkirch im Allgäu, RV<br> Domat/Ems, Kt. Graubünden, Schweiz<br> Edenbachen Wohnplatz (17250)<br> Edenbachen, Erlenmoos, BC<br> Egelsee Wohnplatz (17684)<br> Egelsee, Tannheim, BC<br> Eichenberg Wohnplatz (17099)<br> Eichenberg, Berkheim, BC<br> Feldstetten Wohnplatz (16838)<br> Feldstetten, Laichingen, UL<br> Grabenstetten Wohnplatz (15861)<br> Grabenstetten, RT<br> Großschafhausen Wohnplatz (17583)<br> Großschafhausen, Schwendi, BC<br> Günzkofen Wohnplatz (21089)<br> Günzkofen, Hohentengen, SIG<br> Habsegg Wohnplatz (17516)<br> Habsegg, Rot an der Rot, BC<br> Haldau Wohnplatz (17685)<br> Haldau, Tannheim, BC<br> Hart, Memmingen, MN<br> Haslach Wohnplatz (17525)<br> Haslach Wohnplatz (20395)<br> Haslach Wohnplatz (20775)<br> Haslach, Argenbühl, RV<br> Haslach, Rot an der Rot, BC<br> Haslach, Wangen im Allgäu, RV<br> Herbreththes<br> Hofen<br> Hoggenberg Wüstung (23880)<br> Hoggenberg, Ehingen (Donau), UL, W<br> Humberg Wohnplatz (18979)<br> Humberg, Bad Wurzach, RV<br> Hundersingen Wohnplatz (16908)<br> Hundersingen, Oberstadion, UL<br> Hüttisheim Wohnplatz (16830)<br> Hüttisheim, UL<br> Illerbachen Wohnplatz (17101)<br> Illerbachen, Berkheim, BC<br> Jerusalem, Israel<br> Jussenweiler Wohnplatz (20416)<br> Jussenweiler, Wangen im Allgäu, RV<br> Konradsweiler Wohnplatz (17534)<br> Konradsweiler, Rot an der Rot, BC<br> Kronwinkel Wohnplatz (17689)<br> Kronwinkel, Tannheim, BC<br> Kunenberg Wohnplatz (17536)<br> Kunenberg, Rot an der Rot, BC<br> Laupheim Wohnplatz (17365)<br> Laupheim, BC<br> Manzen, Altusried, OA<br> Matzenhofen Wohnplatz (19239)<br> Matzenhofen, Berg, RV<br> Matzenhofen, Unterroth, NU<br> Memmingen, MN<br> Menzenweiler Wohnplatz (20680)<br> Menzenweiler, Ebersbach-Musbach, RV<br> Mettenberg : Rot an der Rot BC<br> Mettenberg Wohnplatz (17541)<br> Mettenberg, Rot an der Rot, BC<br> Mittelried Wohnplatz (20809)<br> Mittelried, Argenbühl, RV<br> Murrwangen Wohnplatz (17544)<br> Murrwangen, Rot an der Rot, BC<br> Nattenbuch Wüstung (23891)<br> Nattenbuch, Laichingen, UL, W<br> Niederwangen Wohnplatz (20464)<br> Niederwangen, Wangen im Allgäu, RV<br> Oberfloders Wohnplatz (19037)<br> Oberfloders, Bad Wurzach, RV<br> Obermooweiler Wohnplatz (20473)<br> Obermooweiler, Wangen im Allgäu, RV<br> Oberopfingen Wohnplatz (17326)<br> Oberopfingen, Kirchdorf an der Iller, BC<br> Oberzell, Zell an der Rot, BC, A<br> Oyhof Wohn-

platz (17691)<br> Oyhof, Tannheim, BC<br> Porto, Latium, Italien<br> Reichenhofen Wohnplatz (19915)<br> Reichenhofen, Leutkirch im Allgäu, RV<br> Riedheim Wohnplatz (18043)<br> Riedheim, Markdorf, FN<br> Rot an der Rot BC<br> Rot an der Rot Gemeinde (17494)<br> Rottum Wohnplatz (17647)<br> Rottum, Steinhausen an der Rottum, BC<br> Schemmerhofen BC<br> Schemmerhofen Gemeinde (17759)<br> Schopfloch Wohnplatz (537)<br> Schopfloch, Lenningen, ES<br> Sommersbach Wohnplatz (19567)<br> Sommersbach, Isny im Allgäu, RV<br> Spindelwag Wohnplatz (17562)<br> Spindelwag, Rot an der Rot, BC<br> Steinbach, Breitenbrunn, MN<br> Steinental Wohnplatz (19102)<br> Steinental, Bad Wurzach, RV<br> Stiefenhofen, LI<br> Unterfloders Wohnplatz (19121)<br> Unterfloders, Bad Wurzach, RV<br> Untermaiselstein, Rettenberg, OA<br> Untermooweiler Wohnplatz (20530)<br> Untermooweiler, Wangen im Allgäu, RV<br> Unteropfingen Wohnplatz (17330)<br> Unteropfingen, Kirchdorf an der Iller, BC<br> Ursendorf Wohnplatz (21098)<br> Ursendorf, Hohentengen, SIG<br> Velletri, Latium, Italien<br> Verenahof Wohnplatz (17569)<br> Verenahof, Rot an der Rot, BC<br> Waltenweiler Wohnplatz (17912)<br> Waltenweiler, Friedrichshafen, FN<br> Welbrechts Wohnplatz (20544)<br> Welbrechts, Wangen im Allgäu, RV<br> Wellmutsweiler Wohnplatz (18381)<br> Wellmutsweiler, Tettnang, FN<br> Wildenberg (Ruine), Falera, Kt. Graubünden, Schweiz, W<br> Zaisertshofen, Tussenhausen, MN<br> Zell an der Rot Wohnplatz (17577)<br> Zell an der Rot, Rot an der Rot, BC